

Fol.

LXI

secūda post corporis Christi. Anno domini. M. cccc.
lxxxvij.

Frugalitatem suadet; ob Parentum
egestatem.

Petrus Schottus Iohāni klitsch de Rixingen, S. P. D.
Quia Iohannes meus successor tuus / vel ante hunc;
qui tibi has litteras reddet; saltem ut spero; paulo post
eum ad te venturus est; qui te super omnibus cercios
rem reddet; idcirco paucis nūc vtor. Equidem nemis
nem premitto eorum; quos te petere itelligo; quin
vel per breues ei litteras dem; ad te perferendas. Que
mihī plerumq; mutato nuncio / referuntur; aliquādo
ut suspicor; non tibi redduntur. Tuas enim raras ad
modum vidī. Sed ne lōgior sim; Parentes tui bene ha-
bent; sed ut parce viuas; suadent. Negant enim supra
quatuor; aut summū quinq; aureos tibi mittere. Ma-
gister Iohannes Rot & ego effocimus; ut ex largicio-
ne Magistri Georij illius vetusti; quem sepe in edis-
bus Magistri Iohannis vidisti; qui nuper defunctus est;
aliquid consequaris. Itaq; et nunc tibi aureum mitto;
plures vel per Iohannem; vel per fratres Canonicos
Regulares missurus. Vale. Discet; & Deum time. Da
te ex Argentina pridie ydus Marcij. Anno a natiuitate
te Christi. M. cccc. lxxxvij. Socios / praesertim iuue-
nē Magistri Melchioris ama; & fauore amicabili pfer-
quere; idē ab eis expectaturus. Caue / in quopīā ab eis
discordes in bono. Iterum vale. Salutant te Parentes
mei; & omnes tibi fauent si & probus et doctus eua-
das.

Cōgaudet Doctoratui. Futurā operā pollicetur;
in faciēda p possessione diligēcia.

Petrus Schottus Insigni atq; ornatissimo; Iuris vtriusq;
q; Doctori; Magistro Iohanni Muller de Rastetten;
maiori suo tanq; fratri obseruandissimo; Salutē, D. P.